



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Pœna.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

P O E N A . Qui propter delictum luit in corpore , eo quod non habet in aere, non tenetur ad pœnam pecuniariam, quamvis perueniat ad pinguiorem fortunam.

Pœna legis non debetur in conscientia ante condemnationem iudicis. cap. 17. nu. 13. Idem de pœna exclusionis à collegio, vel municipio. c. 23. num. 63. & etiam in pœna conuentionali quam pœnitentes ibi imponunt. nu. 67. at verò pœna excommunicationis, & alia quæ non requirunt executionem, incuruntur ipso facto. ibid.

Peccat qui occultè accipit aliquid ob pœnam, quæ non debetur illi ante condemnationem. cap. 17. num. 14.

Idem in iis, quibus velut ad correlatiua bene potest extendi pœna. cap. 22. num. 74.

Reges & iudices sæculares principaliter respiciunt pœnas temporales, quas infligere, & tollere possunt: & non spirituales, quas nec infligere, nec tollere possunt etiam ministerialiter, c. 23. n. 54.

Pœna non semper præsupponit peccatum aut culpam. n. 56. Et pœna comissi iuste potest capi, si iuste fuit imposita, n. 64.

Quamuis in rebus paruis temporalibus iuste posset imponi pœna incurrenda ipso facto, absque alia executione, non tamen in grauib. num. 66.

Si 2 Pactum



Pactum conditionale potest obligare ad poenam ipso facto. Hæc tamen non habet locum in poena conventionali, quam partes sibi imponunt. n. 67.

Pœna imposita à testatore incurritur ipso facto, quia potius est legatum conditionale. ibidem. poena potest extendi ad similes casus. cap. 22. num. 74.

---

POLLUTIO.

COMEDENS nimis, vel edens cibos clidos, ex quibus venit pollutio, nõ peccat mort. dũ modò non comedat eos eo sine. c. 7. n. 5. lit. L. Nou. n. 15. c. 16. n. 8. 9.

Non peccat non cessans ab opere, à quo cessare non tenetur, quamvis timeatur subsequutura pollutio, dũ modò nõ sit periculum consentiendi in eam. Tale est opus prædicationis, studij, confessionis &c. in quibus necesse est audire, tractare, vel legere, res laticias: aut munus cursoris veredarij, in quo solet caro stimulis concitari: si enim probabiliter creditur, nullatenus futurum committitur, quamvis pollutio eueniat, non tenetur omittere illa opera: secus si timeatur periculum consentiendi. c. 16. n. 7.

Peccat mort. qui procurat pollutionem: vel placet de ea: vel non impedit eam. potens & debens